

precipuas b rotundum, & h quadratum dicimus, quod earum vsus non tam creber & necessarius sit, vtimur enim illis in cantu tantum, ad peregrinas & fictas voces, obiter illapsas, significandas, siquidem b, fa mollem. h, vocem mi, duram in suis locis contra clauis inibi detentæ, & cantus naturam representat, Quas nisi diligenter, & cū iudicio cantor & cantilenarum conditor, discreuerit, rei haud dubie dissonantiam ac confusionem pariet, Obseruas bis tamen b rotundum sub clauis signata c & eius octauis, cantus naturam & differentiam ponere, vt infra de scalis ac cantuum generibus ostendemus.

Claues